Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25888
Copyright: Admont, Benediktinerstift



49

In illo tempore · dixit dominus · Qui S. lucam
vos audit me audit · et qui vos spnit me spnit · Qui
autem me spnit: spnit eum qui me misit · Reversi
sunt autem septuaginta duo: cum gaudio dicentes
domine: etiam demonia subiciuntur nobis in nomine
tuo · Et ait illis · Videbam satanam sicut fulgur de
celo cadentem · Ecce dedi vobis potestatem calcandi super
serpentes et scorpiones · et super omne virtutem
inimici et nichil vobis nocebit · Verumtamen nolite
in hoc gaudere quia spiritus vobis subiciuntur: gau
dete autem quod nomina vestra scripta sunt in celis Offertorium
Ecce ego mitto vos · sicut oves in medio lupo
rum · Estote ergo prudentes sicut serpentes
et simplices sicut columbe · Cavete autem ab hominibus:
tradent enim vos in concilia: et in synagogis
suis flagellabunt vos · Et ad presides et ad reges · du
cemini propter me: in testimonium illis et gentibus
Cum autem tradent vos · nolite cogitare quomodo
aut quid loquamini · Dabitur enim vobis in illa
hora quid loquamini · Non enim vos estis qui loqui
mini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis
Tradet autem frater fratrem in mortem et pater
filium: consurgent filii in parentes et morte eos
afficient · Et eritis odio omnibus: propter nomen me
um · Qui autem perseveraverit usque in finem hic salvus
In illo tempore · dixit dominus · Cum S. lucam erit
audientes prelia et seditiones: nolite terreri · Oportet
primum hec fieri: sed non dum statim finis · Tunc di
cebat illis · Surget gens contra gentem · et regnum
adversus regnum · Terre motus magni erunt pes
tilencie et fames terroresque de celo et signa
magna erunt · Sed ante hec omnia imicent vobis